

Salutem plurimam à Domino Jelu!

*Vir Plurimum Reverende, Excellentissime, Domine Fautor, Affinis & Frater in Christo plurimum honorande.*

**D**E Domini Schwarzii laudabili instituto, responsurus est sine dubio ex mente Collegii, Clarissimus Dominus Hospes ejus, D. Quenstädt. Salutem ipsi nunciabis meo nomine plurimam. Placet quod hoc extremum Satanæ monstrum (sic meritò Syncretismum vocito) suâ quoque manu adoriatur, benedictionem divinam illi apprecor. Vacillat nunc & in periculo versatur non levi, utraque Pomerania; alteri hypocrisis Ecclesiasticorum nonnullorum, alteri καισυροπικιά mala multa minitatur. Nam delatum ad nos diploma Wurtzii, cum consensu Ordinum Politicorum sanctum, quo interdicitur Theologis, ne quod partium suarum est, agant in Elenchtico munere adversus novos Syncretistas Rintelenses, sine consensu politicorum. Ita suspenduntur munia Sp. S. à dictatura Aularum. O si reviviscerent Inclyti Pomeraniæ Duces antiqui! Ego certè obstupui, ubi isthæc legi, & vix oculis meis credidi. Neque alienæ rei causam penetrare possum, quàm quod sive Rintelenses sive etiam Brandeburgici, nonnullorum Politicorum animos fascinârint. Quorsum verò expeditura hæc sint, non sine summo dolore animo meo sistere possum. Deus orandus ut Magistratibus, & ordinibus meliorem mentem indat, & Ecclesiæ suæ κειμήλιον quod ita contemptui habetur, non cum Mahumetanismo justo judicio commutari patiatur. Quod utrumque valde metuum, si quæ enim periculosa unquam fuerit tempora,

¶

hæc